

3083 Iovei Iunonei Minervai | Falesce quei in Sardinia sunt | donum dederunt; magistris | L. Latrius K. f., C. Salv[e]na Voltai f., | coiraveront
(in parte aversa)

conlegium¹ quod est aciptum aetatei aged[ai]⁴,
opiparum ad veitam quolundam festosque dies,
quei soueis a[rg]uticis opidque Volcani²
condecorant³ sai[pi]sume comvivia loidosque,
ququei⁵ huc dederu[nt i]nperatoribus summeis⁶,
utei sesed lubent[es bē]ne iuvent optantis.

Faleris rep., lamina aenea (XI 3078 descr. Garruccius). Tractavit Buecheler carm. epigr. n. 2. — 1) gonl-, 2) Volg-, 3) gond- incisum est in aere. — 4) Acceptum, utile gratumque (Bue.) ad aetatem agendam. — 5) Cocos esse primum vidit Buecheler. Volcano studere dicitur cocus apud Plautum Aulul. 359. Hos cocos diversos esse apparet a Faliscis in Sardinia degentibus qui titulum in parte opposita laminae incidendum curaverunt. Lamina igitur ad aliud donarium, in eadem tamen ut videtur aede (cf. not. 6), affixa est. — 6) Imperatores, quibus donum dederunt coqui, videntur intellegi Iuppiter Iuno Minerva etiam in parte opposita laminae memorati.

3084 Iovi o. m., | Iunoni reg., | Minervae | ob restitutio[nem] Capi-
toli | ordo spl. Flor.² | d. d.

Faesulis rep. a. 4879, arula (XI 4545 vidit Bormann). — 1) Capitolium non Romanum (de cuius restitutione temporibus Flaviorum noli cogitare), sed Faesulanum. Una cum hoc titulo repertum esse fragmentum aeneae lupae auctor est Gamurrinius (cf. Kuhfeldt de Capitoliis imperii Romani p. 29). — 2) Ordo splendidissimus Florentinorum (non adeo mirum, Florentinos, cum Faesulis Capitolium restitueretur, donarium ibi posuisse. Varias necessitudines fuisse inter civitates propinquas probabile est. Eundem hominem pontificatu et Florentiae et Faesulis fungentem habuimus supra N. 4429).

3085 I. o. m. | C. Caerellius | Sabinus¹ leg. | Aug. leg. XIII G. | et Fufidia | Pollitta eius | voto.

3086 Iunoni | reginae Po[puloniae]² | deae patriae | C. Caerellius | Sabinus leg. | Aug. leg. XIII G. | et Fufidia | Pollitta eius | voto.

3087 Minervae | Iovis consili|orum participi C. Caerellius | Sabinus leg. | Aug. leg. XIII G. | et Fufidia | Pollitta eius | voto.

Apuli in Dacia rep. (III 4074. 4075. 4076 secundam et tertiam vidit Domaszewski). — 1) Legatus legionis XIII Geminae fuit sub Commodo (III 4092; cf. III 4114). Ad filium eius pertinet titulus supra N. 4460. — 2) Cf. infra N. 5406. 5442.

3088 Iovi Augusto | Appuleia M. f. Quinta¹ | suo et L. Turpili Brocch[i] | Liciniani filii nomine t. [p. i.].

3089 Iunoni Augustae | Appuleia M. fil. Quinta¹ | suo et L. Turpili Brocchi | Liciniani filii nomine | test. pon. iuss.

Iaderae (Zara) in Dalmatia (III S. 9994. 9982 vidit Hirschfeld). — 1) Eadem mulier memoratur III 2940.